

neque sic naturae, extra querelam et culpam sit, quia  
 natura repugnare non potuit. Cumque utrumque  
 in potestate habeat, & ad eligendum Dominum sit; ju-  
 & cum propriam rationem reddat & se defendat, quod  
 enim elegit, volens elegit. De Circo de voluntario  
 judicio subit, qui voluntate sua se ad actionem  
 veram applicavit. Si haec non ita sunt, frustra  
 sancti coronabuntur, frustra mali cruciabuntur,  
 & actionis causa non ascribitur facientibus. Quod  
 igitur Sarraceni movit ad inferendum corporibus  
 accusationem et vituperationem? quos tu quae scripta  
 sunt, tu quae a patribus dicta, abunde accusant,  
 temperantiam enim, quae in actione posita est, testi-  
 monium tribuit corpori temperanti. Scriptura autem  
 quae clamat: exhibete corpora vestra hostiam viv-  
 ventem, Deo placentem, satis argumentum concludit,  
 non enim Deus, quod non est suum approbat et  
 amplectitur, neque quod ab alio fictum et simulatum  
 est, recipit, neque quod alius de violentia accusat,  
 ipse violentus existat, et nequid desideret, quasi  
 ipse facere non possit. Si enim vult id quod hono-  
 ratum est, ut corpora sint in virtute temperantiae,  
 quomodo non fecit, quod volebat? Si vero fecit, si-  
 dem non ipse, sed sic sunt natura facta, ut essent  
 mala, quomodo naturam commutavit, ut non amplius  
 haberent naturam propriam, nec essent mala, sed  
 essent honesta? Si autem potest natura verti ac mu-  
 tari, quomodo est natura quae variatur? quod enim  
 variationem et mutationem capit, non est finibus ter-  
 minique natura contentur, mutatur autem corpus  
 et variatur et quod fuit in pigritia et ignavia, temperat, et  
 clamant procepta, non fornicaberis; clamant, non adulteraberis, et si-  
 cipiendo tollunt facultatem facienti; & quod perfici poterat, hortando  
 coti =